

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: Thesis 13.

Citation: Worm, Jacob: "Thesis 13.", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 236. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732453936/facsimile.pdf> (tilgået 22. september 2021)

Anvendt udgave: . - [1968]

Thesis 12.

180 Injuria est idolum horrendum ac t̄yrannidi affine, cum
 princeps incitamenti adulatorum, formam regimimis mu-
 183 taturus, convocatos regni ordines, portis clausis, morte,
 gladiō, igne, honorum confiscatione cogit, adigit, et com-
 pellit, iure suō cedere, ut antiquis regni privilegiis, im-
 186 munitatibus ac libertatis insignibus exuantur, spoliuntur, ac
 priventur. Quibus rebus fit, ut nobiles ac regni ordines,
 ademptā per coactionem libertate, etiam, interpositis vel
 mille juramentis, regi suō Israēlis nunquam post hac bene
 189 velint, nec candidē et sincere cupiant.

Thesis 13.

Colitur aliud, immane injuriæ idolum, cum servi, vasalli aut
 192 clientes alicujus proprietarii ac Domini, tot tributa, census,
 ac vectigalia solverint, ut depaupertati et omnibus bonis ex-
 uti panem mendicando quærere cogantur, nullis interim
 195 redditibus ad verum Dominum promanantibus, fundō, in-
 super devastatō: ipse interim Dominus plena Jeroboami
 tributa et vectigalia pendere teneatur, quā t̄yrannide im-
 198 manior excogitari nequit ulla. Nimis autem his exactionibus
 et pressuris quibus nobiles, ignobiles, divites, si qui sint, et
 pauperes pastorum et sacrorum munerum antistites, ut
 201 et politicorum promiscuē absque ullō discrimine, sicā hāc
 sive ratione, sive excusatione, quod omnium tutela ac de-
 fensio agitur, obnoxii involvuntur, omnem sui amorem in
 204 animis subjectorum exstingvit, everrit et extirpat, [Jero-
 boanus,] cum malit metui quam amari, injectō insuper ori
 165 ac [labiis] subjectorum Souverainitatis capi-/strō, lozis,
 207 franis, atque habenis, ut nē contra illicitum ac Deo ini-
 micum imperandi modum, [hiscere,] nec eloqui, nec fari
 aut agere præsument. Sed conscientis, gemitibus, precibus,
 210 ac suspiriis dominari nequit, [quocirca subjecti non ex